

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros
partitum**

Laymann, Paul

Moguntiæ

Cap. I. De synteresi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40716



THEOLOGIÆ MORALIS

Compendium absolutissimum

R. P. Pauli Laymanni Soc. Iesu Theologi.

LIB. I. TRACTAT. I.

DE CONSCIENTIA

CAP. I.

De Synteresi.

Synteresis est habitus sive conser-^t
uatio principiorum practicorum.
Practica sive moralia principia²
sunt vniuersales, ac per se notæ hu-
manarum actionum regulæ, & que-
dam lumina virtutum vera & incommutabilia. Ut,
Bonum honestum amplectendum, malum pecca-
ti fugiendum, non plus minusve irascendum, come-
dendum quam oportet, iuste viuendum, propriæ
suis reddenda. 1.

CAP. II.

De Conscientia, quid sit?

COnscientia est iudicium rationis practicæ cir-^t
ca particularia per ratiocinationem deductum
ex principiis vniuersalibus contentis in Synteresi.
V.C. Omne malum peccati est detestandum : Per-
iutium est malum peccati, quippe recte rationi ad-
uersum. Ergo.

A

Con-